LILII GRAEGORII ZIRALDI FERRARIENSIS SYNTA GMA DE MVSIS.

AB IOVE PRINCIPIVM MVSAE

NYMPHAE NOSTER AMOR.



DVLCES ANTE OMNIA MVSAE

χαίρετε τέκνα διός

Philesius Vogesigena
Ad Lectorem.

Vt quondam Aonio rediit de vertice vates
Quem tulit herboso Mantua cincta lacu,
Primus vt hic rediit musis comitatus ab ipsis
Inducens patriæ numina grata suæ,
Sic ego qui Vogesi penes alta cacumina montis
Paganus viridi prodeo valle satus,
In patriam nymphas mecum traduco nouenas
Dum linquo reflui lata fluenta Padi.
Has tacitus clausa secum retinebat in archa
Vrbe Niuentana Lilius ipse manens.
Quas mihi committens placido sic infit ab ore,
Visite Germanum vos mea cura solum.
Iam repetens patrias noster Philesius oras,
Vos faciet pressis multiplicare typis.
Dixit & assumptas post basia mille sorores
Dimittens fidei credidit ille meæ.
Ergo has iam prælo vulgatas Schureriano
Excipias grata Theutona turba manu.

Præcellentissimo viro Andreæ Reginio Romarici mõtis Son/
rario ac presidi digniss.&c.Philesius Vogesigena.S.D.P.

Lilius Grægorius Ziraldus homo latine,græceq; doctissimus,
cum ab hinc triennium ad Io. Franciscum Picum virtute & doctri
na clarissimum Mirandulæ principem.reipub.literariç causa in ita/
liam proficiscerer,fidei meæ cõmendauit libellum a se compositũ,
quod ipe Syntagma de musis nũcupauit,vt ipm.,cum me ex Italia
in Germaniã reciperẽ,stanneis calamis per idoneos opifices exscri/
bi curarem. Id ego cum diutius aduersa valetudine obstante distu/
lissem.et tandem q̃uis nondum pristinæ sanitati restitutus promis/
sum exequuturus essem,cogitaremq; cui nam amicorum hanc ho
norificentiam meritissimo iure deferrem, vt id opusculi tuendum
illi dicarem.subq; eius patrocinio in lucem ederem,occurristi tu in/
primis mi Mecœnas.cui minime dubitaui istiusmodi munusculum
præcipue probatum iri.propterea quod soleas iucunda poetarum
lectione & dulcibus musarum studijs impẽdio delectari. Pro com/
perto igitur habeo te vultu serenato accepturũ a Philesio tuo,qui ti
bi deditissimus est,& quem synceriter amas, εισ μνημόσυνον & pi/
gnus amoris hoc de musis Syntagma sub tuo nomine inuulgatũ,
in quo elegantia et varietas laconismo ac breuitati sic coniũguntur
vt sine controuersia omne lectionis fastidium tollatur. In quo etiã
non parum multa videre licebit neq; inuulgata,neq; protrita,neq;
auribus atq; animis studiosorum iniucunda futura. Porro autem
cum sat cito fiat quicquid bene fit,memineris queso interim me ex/
cusare apud eos qui Nanceidis editionem nimis ardenter expeten/
tes,cunctationem,omnemq; moram ægreferunt. Nam propter
diuturnum & grauem morbum, qui me infestat, hactenus fieri nõ
potuit,quod Christo opt.max.fauente mox fiet,atq; ita fiet vt pro
crastinationem vbertate compensatã videre oporteat.Cupio plu/
rimum commendari clarissimo,amplissimo,& omni cum hono
re mihi nominãdo antisti Hugoni Hazardo episcopo Tulleñ.mu
sarum musiphilorumq; patrono munificẽtissimo.Nec verbis me
is insalutatos dimitte claros illos atq; inclytos uiros Symphorianũ
Camperium,& Ioannem Aluysium,inter aulicos illustris princi/
pis nostri florentissimos eruditissimosq;. Vale dulce decus meum,
& me quod facis mutuo amore complectere.

Argentorati.Anno.M.D.XI.KAL.Aug.

Lilius Græcorius Ziraldus, Luceio Ripæ preceptori, Salutem dicit.

De musis olim syntagma scripseram doctissime Luceie Ripa. Verum forte fortuna cum scrinioli mei scedulas reuoluere, in manus incidit, iterum cognoui. placuit, sed vti parentibus primi filij. Quare veritus ne me amor fefellerit, mitto ipsum ad te solem literarum, exemplo ab aquila desumpto, vt de eo pericliter. Scio multos de musis scripsisse, sed hoc modo neminem. Nam Cornutus quem Pharnutum quidam adpellant, & Fulgentius, & cæteri, solo capite eas notasse contenti fuerunt. Nos quæq;, minoris etiam impendij scrutati fuimus, vtpote cum adulescentes adulescentibus scriberemus. Vale Mediolani, Noñ. Maij. M. D. VII.

SYNTAGMA DE MVSIS

LILII GRAEGORII ZIRALDI FERRARIENSIS DE MVSIS LIBELLVS.

d Iodorus Siculus, apud Græcos historicus & poeta multi nominis (qui vt ipsemet & Iustinus philosophus ac martyr testatur, xxx. annis maximam orbis partem peragrauit, vt historiarum fidem haberet) tradit Osiridē Aegyptiorum deum delectatum fuisse musicis & choręis, illumq; hac de causa musicorum multitudinem secutum fuisse. Inter eos autem nouem fuisse puellas ait, quæ canendi artem cæterasq; disciplinas callebant, quas inde Græci μούσας adpellauere. Musarum tamen duæ generationes dicuntur in ijs quæ in Musæum referuntur. Antiquarum. s. quæ sub Saturno fuerunt, quod & in Apollonij Rhodij commentarijs legimus. Et iuniorum quas hoc ipso syntagmate describemus. De quibus anteq̃ vlterius loquamur, multorum opiniões recensendę sunt. Et primam Varronis num ascribemus, qui tres tantum musas esse existimauit (vt auctor est Seruius) vnam quę ex aquæ nascitur motu. Alteram, quam aeris icti efficit sonus. Tertiam, quæ mera tantum voce consistit. Cuius quidem Varronis opinionem, ita diuus Augustinns in libro confessionum explicat. Non enim audiendi sunt (inquit) errores gentilium superstitionum, qui nouem musas Iouis & Memoriæ filias esse finxerunt. Refellit eos Varro, quo nescio vtrum apud eos quisq; talium rerum doctior vel curiosior esse possit. Dicit enim ciuitatem nescio quam (nec enim recordor nomen) locasse apud tres artifices, terna simulachra Musarum, quæ in templo Apollinis dono poneret, vt quisquis artificum

Musę Osiridis comites.

Musarũ duo gña.

Musę tres varronis

pulchriora formasset, ab illo potissimum electa emeret. Itaq; contigisse vt opera sua quoq; illi artifices ęque pulchra explicarent, & placuisse ciuitati omes nouem, atq; omnes emptas esse, vt in Apollinis templo dedicarentur, quibus postea dicit Hesiodum poetam imposuisse vocabula. Nō ergo Iuppiter nouem musas genuit, sed tres fabri ternas fecerunt. Tres autem non propterea illa ciuitas locauerat, quia in somnis eas viderat, aut tot se cuiusq; illorum oculis demonstrauerant, sed quia facile erat animaduertere, omnem sonum (qui materies cantilenarum est) triformem esse natura. Aut enim editur voce, sicut est eorū qui faucibus sine instrumento canunt. Aut flatu, sicut tubarum & tibiarum. Aut pulsu, sicut in citharis & tympanis, & quibusdam alijs, quæ percutiendo sonora sunt. Hactenus Aurelius Augustinus.

Melete. Mneme. Aœde.

Pausanias tres itidem connumerat, primam μελετήν id est meditationem. Secūdam μνημήν id est memoriam. Tertiam ἀοιδήν, hoc est cātilenam. Sed & Censorinus in libro de die natali ait, Musas olim tres ideo existimatas, quoniam organum quondam habuit tres intentiones, grauem, mediā, et acutam. Pharnutus etiam (quem Cornutum aliqui adpellant) in libro de deorum natura, tres ideo existimatas ait, ob eius numeri perfectionem, vt qui etiam deo attribuatur.

Musę quatuor.

Scribit tamen M. Tullius in tertio de natura deorum, & idem Pharnutus, principio musas quatuor fuisse natas Ioue altero. Item alteras ex Ioue tertio ac Mnemosine, Tertias quoq; ex eodem Ioue & antiopa, quæ pierides, pieriasq; a poetis adpellantur.

Musę duę. Musæ septem.

Alij duas putarunt, vt Pharnutus scribit, a cōsyderando scilicet & efficiendo. Alij septē, hoc ideo fortasse, quoniam totidem voces antiqua musicorū instrumenta cōtinebant. Legimus preterea Lydos, nymphas

apud ſe quaſdam Muſas nominauiſſe. Nam Carius Iouis & Torrebiæ filius (vt in quarto ſcribit Nicolaus) cũ forte errabundus vagaretur, ad paludem quandam peruenit, cui nomen nondum fuerat impoſitum, ipſe Torrebiam a matre appellauit, & ibi nympharum (quas ipſi muſas vocitãt) auditos cantus edidicit, atq; exinde modulationis Lydiæ auctor extitit, vt Stephanus teſtatur. Nos autem vulgatiorẽ ſequamur opinionem, quæ nouem eſſe cõfirmat, quas aliqui Oſiridis, alij Bacchi, plurimi Apollinis comites fuiſſe dixerunt. Vnde a Macrobio μουσαγέτης Apollo dicitur, quaſi muſarum dux. Quinetiam ab eodem Apolline doctas quidam prodidere, qua ex re ipſe Muſicus nuncupatus eſt. Sunt tamẽ qui putent muſas a Parcis inſtructas fuiſſe. Verum Diodorus in ſexto Bibliotheces volumine, eis literarum inuentionẽ a patre Ioue cõtributã fuiſſe adſeuerat. Fuerunt ergo nouẽ muſæ Iouis & Mnemoſines filiæ, vt in Theogonia canit Heſiodus, cuius hæc ſunt verba, ἐννέα θυγατέρες μεγάλου Διὸς. Quẽ Proclus Lycius imitatus eſt ĩ hymno ad ipãs ſic canẽs, ὑμνέομεν μερόπων ἀναγώγιον ὑμνέομεν φῶς ἐννέα θυγατέρας μεγάλου Διὸς ἀγλαοφώνους. Item Homerus in hymno ita eas ſalutat. χαίρετε τέκνα Διὸς. Idẽ dicit Orpheus in prĩcipio hymni, quẽ cũ Lybani ſuffimẽto eis dedicauit, μνημοσύνης καὶ ζηνὸς ἐριγδούποιο θυγατέρες μοῦσαι πιερίδες. Aliqui tñ Cęli & Terrę filias dixerũt, vt Alcmæõ, Euſebius, & Pharnutus. Cui Pindarus ſnĩæ adhęſit in quodã hymno Nemionico alloquens Muſam, ἄρχε δὲ οὐρανῶ θύγατερ. Vbi cõmentatores ex Ariſtarchi ſnĩa & Mimcurcę adſerunt Muſas Cœli filias. Earum vero noĩna Orpheus in hymnis, & Heſiodus in Theogonia duobus verſibus & hemiſtichio ita complexi ſunt.

Muſę Lydę Nymphæ.
Torrebia palus.
Lidij moduli.
Muſę nouem.
Bacchus dux.
Muſarũ. Apollo Muſicus.
Parcę magiſtrę muſarum.
Muſę lĩas inueneñt.

Musarũ nomina.

κλειώ τε εὐτέρπη τε θάλεια τε μελπομένη τε τερψιχόρη τε ἐρατώ τε πολύμνια τε οὐρανίη τε καλλιόπη, & reliqua.

Cum Apolline igitur decem sunt Musæ. Quoniam, vt inquit Fulgentius, humanæ vocis decem sunt modulamina. Vnde etiam cum decachorda Apollo pingitur cithara. Sed & legis diuinæ scriptura decachordum dicit psalterium, quod nos laudatorium adpellamus, Hebręi vero nablon, vt diuus Hieronymus ad Dardanum scribens docet. De nablis plenius tamen Athenæus in dipnosophistis. Secundum autem Placiadem Fulgentium, figurãtur nouẽ hæ musæ cum Apolline per quatuor dentes e cõtrario positos, quos lingua percutit per duo labia, velut cymbala verborũ, per linguam, vt plectrum, per palatum, cuius cõcauitas profert sonum, per gutturis fistulam, quæ excursu tereti meatum spiritalem præbet. per pulmonẽ, qui velut æternus follis, conceptum spiritũ reddit & reuocat. Pleriq; musas doctrinæ atq; scientiæ dicunt nodos, quapropter Plato in Cratylo Musas ἀπὸ τοῦ μῶσθαι (quod est inquirere) dictas adfirmat. Cui Pharnutus quoq; in libro de deorum natura subscribit. Ita em̃ ait, καλοῦνται δὲ μοῦσαι ἀπὸ τῆς μώσεως ὅ ἐστι ζητήσεως. Hoc est dicuntur autem Musæ a μώσεως, quo est inquisitionis, Idem sentit Sudas, qui propterea ait eas ab inquirendo dictas. quoniã ipsæ sint causæ totius disciplinæ. Eusebius tamen in euangelica preparatione tradit musas ideo sic adpellatas, quia μυέω apud Græcos honesta bonaq; doctrina instituo significat. Quoniam vt puto eas Orpheus & Proclus hominibus religionẽ monstrasse in hymnis dixerũt. Quidam Musas per concisionẽ, ab eo q Meluse dictæ sunt, a μέλω declinari volũt. Alij vero ἀπὸ τοῦ ὁμοῦσα. Sub

Nablon.

Musę docuerũt religionem

currit & illud hoc loco dicendum, cur eas potius puellas dixere antiqui. Ad quod sic respondet Cornutus, vt ita ex re nomina sint sortitę fœminina ad quarum symbolum multa scientia congignatur. Possemus & dicere propter fructum, qui fit ex animæ iudicio. Eas insuper antiqui conuersari simul & in chorum ludos agere dixerunt propter scientiarum copulam et nodum, quia vt puto cyclicas sciẽtias adpellat Capella Martianus, & encyclium constituit Victruuius, & notissima est græcorũ ἐγκύκλο παιδεία Plinio, Plutarcho, Fabio, & cæteris. Dicuntur præterea in montibus versari, vt idem Cornutus scribit, quoniam solitaria loca, & abdita, studiosis maxime conuenire notum est. Et eas coronari palma multi existimauere, propter æquiuocationem. Nam Phœniciorum populorum inuentum literę dicuntur, & vtrumq; φοῖνιξ significat. Vel vt consentaneum magis videtur quoniam eius plantæ fructus dulcis sit, multiuiuus, tarde crescens & copiosus. Non ab re fuerit earum quoq; cognomina, quorum apud poetas sæpe fit mentio, paucis recensere. Vocatæ sunt igitur interdum nymphæ, quod Acron apud Horatium notat illo versiculo. Vidi docentẽ credite posteri nymphasq; discentes. Item Vergilius. Nymphæ noster amor Libethrides. & superius de Lydorum nymphis meminimus, quæ eorum musæ sunt. Dicuntur & Camęnæ, quasi Canienę a cano vt Festus, Seruius, & Macrobius docent. Varro tamen primum Casmenas dictas ait, inde Carmenas, postremo R. litera ablata Camęnas. Vocitantur Heliconiades, ab Helicone Bœotię mõte, non Parnassi iugo, vt cum Seruio grammatici quidam falso existimauerunt. Quidam Melissum hunc montem adpellant, vt Nicandri expositores testantur. Parnassides adpellatæ sunt a Phocidis

Musę cur puellæ.

Ciclicę scientiæ.

Musę cur in mõtib9

Musę palma cur coronãtur.

Musarũ cognoĩa.

Nymphę

Camęnæ

Heliconiades.

Parnassides.

regiũculæ monte Parnasso, qui & Larnassus antiquitus dicebatur, teste Stephano & Apollonij commentatoribus. Post vero diluuium Parnassus dictus est ab heroe Parnesso eius mõtis incola, vt Hellanicus memoriæ mã dauit. A montibus Bœotiæ Aonijs, Aonides frequẽter nuncupantur. Bœotia quoq; regio Aonia dicta est, a cuius etiamnum populis Hyantijs, Hyantiæ sorores a poetis dicũtur. Cithæriades a Cithæro monte vel saltu, Thebis propinquo. Pierides vel Pieriæ a Pieride monte, vt ait Festus dictæ sunt. Stephanus tamen Pieriam ciuitatem et regiunculã nominat. Sed Apollonij interpretes Pieriam montem Thraciç adserunt, in quo versatus est Orpheus. Vel si Ouidio poetç credim⁹, a Pierij & Anippes filiab⁹, quæ cum veris musis ausæ sunt certare, quare in picas mutatæ fuerunt. Pierium etiamnum poetam in tabula poetarũ nominauimus, a quo grçcorum nonnulli volunt musas adeo lepidis carminibus celebratas, vt ab eo etiam Pierides nũcupatæ sint. Pegasides vt Festus docet, dictæ sunt a fonte quem Pegasus ictu vngulæ fingitur aperuisse, ob quam causam & græce Hippocrenæ adpellatæ sunt, ab ipso fonte, cuius aquas fuisse vocales græcorum plurimi scripsere. A quibus vt videtur Sidonius Apollinaris in Hendecasyllabo de Narbone, loquaces denominat, quum inquit. Texerunt vitreç vado Hippocrenes, Tunc hac mersus aqua loquacis vndæ, & reliquum. Idem Statius in Epital. Stellæ. Et de Pierijs vocalem fontibus vndam. Pindari commẽtator ad allegoriam refert, q.s. poetç soliti essent canere carmina vel propter musicam quæ fit ex aqua. Ab eodem etiam fonte Aganippides frequenter adpellantur, quoniã & fons ipse Aganippe cognoĩatus sit. Ilissides & Ilissiades nuncupatæ sunt, ab Attico flumine Ilissio, vt in Attica

Aonides.
Hyantiæ.
Cithæriades.
Pierdes.
Pegasides
Hippocrene.
Aganippides.

Pauſanias ſcriptum reliquit. Stephanus tamen dicit ab vrbe. Ita em̃ ait, ἰλισσός πόλις τῆς ἀττικῆς ἐν ᾧ τιμῶνται αἱ μοῦσαι ἰλισσιάδες ὡς ἀπολλόδωρος. hoc eſt Iliſſus Atticę ciuitas in qua Iliſſides muſę colunt̃, vt Apollodorus ait. Theſpiades vocantur, non vt quidam putant, a Theſpia matre vel nutrice, quod nuſq̃ apud fideles auctores legi, ſed a Theſpia vel Theſpijs (vtroq; enim modo dicitur vt teſtatur Stephanus) ciuitate Bœotiæ, vbi præcipue venerabantur. Si quis tamen queſierit quæ muſarum nutrix fuerit, is legat Hyginum in aſtronomico poetico, & Arati cõmentatorem latinum. vterq; em̃ eam Euphemen vocat, quæ Crotonem filium habuit, qui muſarum præcibus (nam inter eas eſt verſatus, & ab eis muſicam edidicit) ab Ioue inter ſydera conlocatus, ſagittarij nomen habet. Libetrides a Magneſiæ fonte muſis ſacro nuncupatæ ſunt. cuius meminit Solinus in conlectaneis. Pimpleiades a fonte vel vico Macedoniæ, vt Porphyrion ait. Interpretes vero Apollonij teſtantur πιμπλιάν regionem eſſe prope Pieriam, ſiue Thraciæ montem, ſeu fontem & pagum Pierij. Literarum tamen græcarum quidam (vt videtur) parum eruditi Pipleades potius vocitant, Græci enim πίμπλεια καὶ πίμπλια, non πίπλια dicunt. Videtur tamen & Varro Pipleadas in tertio de lingua latina nuncupare. Sicuti Acron etiam, qui eas dictas ab aliquibus ait, a peplo veſtimenti genere, vel ab Orchomeniorum monte Pimpleo. Sunt qui de hoc nomine meras ſibi nugas confingant. Nominatæ ſunt Caſtalides a fonte Parnaſſi Caſtalio, q̃q̃ apud Stephanum Caſtalia eſt ciuitas Cilicię. Mythologi tamen ferunt Caſtaliam quampiam virginẽ fuiſſe, quã cum Apollo amaret mirifice, et vim ei inferre vellet, ſe in fontem præcipitaſſe, a cuius

Theſpiades.

Eupheme nutrix muſ.

Libethrides.

Pimpleades.

caſtalides.

Coryci-des. nomine fons Castalius ita cognominatus est. Lutatius auctor. Corycides a colle vel antro Corycio in Parnasso Delphis proximo, cuius meminit Laertius in vita Phe-recidis, & Apollonij Rhodij commentatores, qui illud dictum aiunt a nympha Corycia, cuius & Apollinis Ly coreus filius fuit, a quo Delphici habitatores Lycores nuncupati sunt. Licet alterũ Corycium antrum & vrbs sit in Cilicia, vt Herodotus, Strabon, & alij adserũt. Ste-phanus tamen in multis quoq; alijs locis, eius nominis esse demõstrat. Mnemo-synides: Mnemosynides ad hæc dictæ sunt, a ma tre Mnemosyne, quę est memoria. Parteides. Pateides quoq;, vt ait Pompeius, a fonte Macedonię, ꝑpter liquoris eius vni-cam subtilitatem, Ligye. Et Ligyæ dicuntur, vt in Phydio scri-bit Plato, siue propter speciem cantus, siue propter mu sicum genus canorum, quod Ligyum nuncupatur. Olympia des. O-lympiadas & Varro adfirmat nominatas esse, ab Olym po monte, carmen illud declarans. Musæ quæ pedibus magnũ pulsatis Olympum. quod quidem carmen mi-hi potius ab Homero detortum videtur, qui ait musas tecta Olympia habitare hoc carmĩe, ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματα ἔχουσαι. Item Terẽtianus ait, Car men suaue dedistis Olympiades mihi musę. Vocatę de Ardali-des. mũ sunt Ardalides, ab Ardalo Vulcani filio, qui cum ad Troezenios tibiam & Musas detulisset, eas ita adpel lauit, auctor Plutarchus in Symposio, & Stephanus qui ait. ἀρδαλίδες καὶ ἀρδαλιώτιδες τιμῶνται αἱ μοῦσαι ἐν τροίζηνι, dictæ sic vel a quodam Ardalo, vel a loco. Mu-Theolo-gorũ opi nio de mu sis. sas insuper Theologi quoq; antiquiores nouem dixe-runt. Nam vt ait Macrobius in somno Scypionis, octo spherarum musicos cantus & vnam maximã, quæ con stat ex omnibus, esse voluerunt. Vnde Ascræus Hesio-dus octauam Vranien vocat, quia post septem vagas,

octaua stellifera est sphæra, quæ proprio nomine cœlum vocatur. Nonam vero maximam dixit qua constat sonorum concors vniuersitas. Arati etiamnũ interp̃tes tradunt, Orpheũ lyrã nouichordẽ cõstituisse, q̃m idẽ esset musarum nũerus. Verum iam ipsarum nouẽ noĩa sigillatim interpretari adgrediamur.



Harum igit̃ prima Clio nomiata est, ἀπὸ τοῦ κλείω quod est laudo, vel vt Cornutus ait ἀπὸ τοῦ κλέους, propter gloriã quam erga doctos, & ipsi erga alios habent, vel ꝓpter gloriã quæ ex poetarum laudibꝰ oritur, vt Diod. ait. Placiad. tñ inquit, Clio prima adpellata est. i. cogitatio q̃rendę sciæ. Quidã hãc historijs p̄esse dicũt, quod Apollonij cõmentatores in. iij. adfirmãt. Hialemi q̃q; mater fuisse perhibetur & Hymenęi. Nos tamen aliter opinamur, vt infra dicemus.



Secũda Euterpe vel Euterpea nominatur, q̃ latine iucunda dici põt. εὐτερπὴς em̃ apud græcos iucundũ designat, ꝓpter voluptatẽ q̃ ab audientibus ex honesti eruditõe pcipit̃. At Fulgentius Euterpe inq̃t quã nos latine bene delectãs di

timus, ideo dicta est, quod primum sit scientiam quere re, secũdum sit delectari quod queras. Plerique tibijs preesse scribunt, & Rhesi matrem fuisse. Verum Rhodij Apollonij expositores μαθήματα, id est disciplinas inuenisse adfirmant.



θαλεῖα.

Thalia tertia est, quæ ἀπὸ τοῦ θάλλειν, hoc est a virescẽdo denominatur διὰ τὸ θάλλειν (vt Cornutus ait) τὸν βίον αὐτῶν, id est quod reuirescerẽ faciat ipsorum poetarum vitam. Vel vt idem ait, quoniam & in conuiuijs ipsos virtutem haberẽ, & honeste in eis cõuersari suadet. Vel quoniam in longum tempus vt alij scribũt, poetarum laus parta virescat. Nonnulli ei comœdias adtribuunt. Sed Græcorũ quidam eam Palephati matrem fuisse volunt, qui de colendis arboribus multa conscripsit. Quin & expositores Argonauticorũ, & ipsam agriculturã Thaliam inuenisse volunt, & plantarum curam. Thaleam potius latine nos dicere debuisse scribit Seruius. Nam græce θαλεία, est non θάλια. Verum ea inanis videtur obseruatio, quando ει græca diphthõgus & in i. & in e. apud nos frequentissime vertitur, vt πειθώ μηδεία.

agriculturã Thalia inuenit.

Ei diphthongus græca.



Melpomene quarta est, quam ἀπὸ τοῦ μελέσθαι, hoc est a canendo dictam arbitramur, quoniam hāc audientes demulcent. vel quasi μελετὴν ποιημένη.i. meditationem faciens permanere, vt primum velle, secundum desyderare qd' velis, tertiū delectari, quartum instare meditando ad id quod desideras, ait Placiades. Pharnutus tamen ἀπὸ τῆς μολπῆς, & a dulcedine vocis dictam existimat. Huic tragœdias quidam adscribunt, nonnulli vero cantilenas.



Quinto loco subcedit Terpsichore, quæ choreis delectatur. χορεία enim tripudiū est, & τέρπω delecto, eo q̄ oblectet audientes, propter bona quæ ex doctrina proueniūt. Pharnutus ait adpellatam διὰ τὸ τέρπεσθαι καὶ χαίρειν αὐτῇ τὸ πλεῖον μέρος τοῦ βίου. Hoc est quoniā vitæ pars plurima ea & delectetur & gaudeat. Vel propter aspectus delectationem, adiecta tantum vna litera quasi τέρψιν ὁρόν, adiecta χ. Aliqui citaristriam di-

xerunt. Multi quoque sine afflatu scripsere ob vocis asperitatem. Psalterium ei attribuunt. Inuenit παιδείαν. Ex hac eadem Achelous genuit Syrenas, vt Græcorũ quidam scripserunt. Et si Seruius & Fulgentius Placiades ex Calliope adserunt. Ex eadem Mars Bistonem, a quo Bistonia regio nominata est.



Amabilis Erato sextum sibi locum vẽdicat, quam ἀπὸ τοῦ ἔρωτος deductã etiam Ouidius innuit illo versiculo in secundo de arte. Nunc Erato nam tu nomen amoris habes. Et Apollonius qui eadẽ causa, illam in tertio Argonauticorum inuocat Diodorus vero in quinto ait, quoniam docti viri ab hominibus amãtur. Placiades tamen dictam scribit quasi εὑρὼν ὅμοιον, hoc est simile inueniens, quia post scientiam & memoriam iustum est vt aliquid de nostro simile inueniamus. Cornutus ab interrogando & respondendo, id est ἐρέσθαι καὶ ἀποκρίνεσθαι. Nam hæc duo maxime dialecticæ studiosis conueniunt. Saltatricem poeta describit. Plectra gerẽs Erato saltat pede carmina vultu. Quin & ipsam saltationem inuenisse græci nonnulli adfirmant. Mater quoque Thamyræ fuisse perhibetur, qui amatoria scripsit. Erato tamen Archades non esse in numero musarum existimauerunt, sed vatem fuisse aiunt, quæ Archadi Calistus filio nupserit.

Septima Polymnia est, quam Polyhymniam interdũ



etiam propter verſus modulos dicimus, vt in illo, Rhetoricos dictat Polyhymnia muſa colores. Et Horatius, Euterpe cohibet nec Polyhymnia. Eodem modo vtitur & Martialis. Neq; enim eis eſt adſentiendum vt puto qui apud Horatium Polymneia legunt, minus ijs qui neq; prima producta proferunt. Et exinde etiam colligere poſſumus, eam deriuationem non habere, quam quidam adtribuunt πολυν μνέιαν. ſ. vt ſi dicas latine multimemorē. Nam ab ὕμνω potius deducitur, hoc eſt a laude. Nam Cornutus quoq; eam vult dici quaſi πολυύμνητον ἀρετὴν. Nam virtute plurimū laudamur. Fulgentius tamen prioris eſt ſententiæ, vt ſcilicet quaſi πολύσ μνέια dicatur, id eſt multa memoria. Nam & Diodorus ait, quod cantus ſuauitate poetas reddit gloria immortales, & poſteritatis memoriæ cōmendet. Triptolemi matrem fuiſſe Polyhymniam apud Græcos quoſdā legimus. Scio tñ aliter vulgo exiſtimari. Lyræ preeſſe quidā opinantur, quod & in cōmentarijs Argonauticorꝝ Apollonij notatū vidimus. Tripto-lemi mr.

Octaua Vrania eſt quam cęleſtem quidam, multi aſtrologiam adpellant, dicta ἀπὸ τοῦ ὀυρανοῦ, hoc eſt a cęlo. Nam vt ſcribit Pharnutus ὅλον κόσμον ὀυρανὸν ἐκάλουν ὁι παλαιοὶ, hoc eſt integrum mundum cœlum priſci vocitabant. Vnde puto eſſe illud Plinij in ſecundo. Mundum et hoc quod alio nomine cęlum adpellamus, Mundus cęlū dictū



docti eñ vbiq; gentiũ no
ſcũt. vl̃ qm̃ viros eruditos
ad cœlũ tollat, vel qm̃ gl̃ia
& ſapiẽtia eleuat anios ad
cœleſtiũ cõtẽplationẽ, vt
putat Fulgẽti⁹. Aſtrologię
p̃eſſe credit̃, qn & ip̃ius in
uentricẽ in cõmẽtarijs Ap
pollonij legim⁹. Catullus

Vraniæ ſtella.

Vraniã Hymẽęi matrẽ exi
ſtimaſſe videt̃. Sed & Græ
cor: qdã Linũ q̃q; huiuſce
filiũ ſcripſerũt. Nonnulli
Vraniã Helenæ ſtellã illã
dirã & minacẽ adpellitãt, vt teſtis ẽ Lutatius Placidius.



Nona Calliope memorat̃,
q̃ cãtus ſuauitate cæteras,
ãñcedẽs ab oibus plurimi
eſtimat̃. vñ ἀπὸ τῆς καλ-
λῆς ὀπὸς .i. a bona voce
deducit̃, Et Homerus ait.
θεᾶς ὀπὰ φωνησάσης, hoc ẽ
deæ vocẽ clamãtis. Eandẽ
ſeq fortia facta ducũ canit
Heſiod⁹, pharnut⁹ ꝑo eã
p̃eſſe rhetoricę q̃ pſuadẽdi
vi obtinet, & ad ĩpellẽdos
ppl̃os credidit. Sꝫ gręcor:
cõmẽtatores qdã poeticæ
ipſã p̃eſſe adſeuerãt. Lrę huic attribuunt̃. Ex hac teſte A
ſclepiade Appollo natos treis ſuſtulit, Alemũ, Orphea,
& Hymeneũ. Et ꝑpterea Capella, & Claudian⁹ Hyme-
nęũ muſa gẽitũ canũt. Sũt q hui⁹ & Magnetis filiũ Hy-

menęũ fuiſſe adſeueręt q a Thamyra amatus fuit ĩhone ſte, auctore ĩpudicæ Veneris. De Alemo Suidas refert, ꝙ fuerit infęlix & orphanus Vñ etiã ꝓuerbiũ dicit Alemo frigidior, & Alemi fletũ. Quidã inſup Syrenas Calliopes filias dixer̃. Veꝝ vbi ſigillatim muſaꝝ noĩa & interp̃tamẽta breuiter (vt opinor) adtigi, hæc q̃q; etſi minima idigna ſilẽtio inuolui ratus ſum Muſaꝝ .ſ. volucres apes exiſtimatas eẽ, cuius rei teſtis eſt Varro ille doctiſſim⁹, q in re ruſtica ita loquit̃, q̃ (inq̃t) apes cũ cauſa muſaꝝ eſſe dñr volucres, ꝙ etſi qñ diſplicatæ ſunt, cymbal̃ & plauſib⁹ & nũero, reducunt̃ in locũ vnũ. Et vt Muſis Helicona atq; Olympũ adtribuer̃t, ſic his floridos ac incultos natura adtribuit mõtes. Proĩde etiã nõ defuer̃t, q Ariſtęũ ſcripſer̃t paſtorẽ fuiſſe muſaꝝ, ꝓpterea ꝙ prim⁹ apes & mellis vſum adinuenit. Philoſtratus inſup Cicadas in vita Apollonij Tyanæi, & Plato a muſis cantum habuiſſe ſcribunt, dicente Socrate in Phedro. Fertur aũt olim Cicadas hoĩes ante Muſas fuiſſe, natis deinde Muſis cantuq; monſtrato, illoꝝ nõnullos voluptate cantus vſq; adeo delinitos fuiſſe, vt canentes cibum, potumq; negligerent, imprudẽterq; perirent, ex quibus deinceps Cicadarũ genus ſit natum. Cui muſæ hoc munus dederunt vt alimonia non indigeat, ſed abſq; cibo, potuq; q̃ diu vixerit, cãtet, poſtea vero ad muſas ꝓficiſcatur quã qs hominũ muſam colat renũciatuꝝ, illaſq; gratas reddit mortalibus, cuius ipſi fuerint ſtudio emancipati. ſicut amãtes Erato, ſaltatores Terpſichore, philoſophos Vraniæ, & ſic præterea. Alatas præterea Muſas ſcribit Porphyri⁹ in. iij. de ſacrificijs, id q̃d a poetis ſępe dr̃ Vñ Oui. de Pyrenęo vĩ Muſis parãte inq̃t. Clauſit ſua tecta Pyreneus Vimq; parat, quã nos ſũptis effugimus alis. Propterea apd̃ Græcos, Stephan⁹, & alij nõnulli tradũt

Muſæ alatæ.

Musę cũ Syrenis certarunt.
Aptera locus.

Musas aliquando certamen cum Syrenis habuisse, atq; pennas perdidisse, vnde locus certaminis a re Aptera in Creta vocitatus fuit. Nigram quoq; eas habere comam innuere videtur Pindarus cum canit, ἰοπλο κάμαν μοῦσων in Pythicis, vbi cõmẽtator exponit μελανο πλοκάμων. Pastores etiam musis operari tradit Theocritus & eius expositor, qui hac de causa id fieri ꝓdit, διὰ τὸ μέλειν ἀυτοῖσ ᾠδῶν ὧν ἀυταὶ ἔφοροὶ, quoniã scilicet ipsis cura est cantilenarũ, quarꝝ sunt ipæ p̃sides. Quinimo in hymno quodã Nemieo, Pĩdarus eas vult filias esse Musarũ cũ canit, ἀιδέ σοφαὶ μουσᾶν θυγ·ατέρεσ ἀοιδαὶ. Vbi nõ semel cõmentatores hęc ṽba ꝓferunt, ἀιδὲ τῶν μουσῶν θυγ·ατέρεσ αἱ ᾠδαὶ hoc ẽ musarꝝ filię cãtilenę. Quia vt scriptũ apud Iuliũ Pollucẽ inueni, Maneros agricola, qui Musarꝝ discipulus fuit, apud Aegyptios agricolarꝝ canticũ adinuenit, quod ad ipsius noĩe Maneros adpellatum est. Numã Pompiliũ scribit Liuius, secũdũ Rhomanorꝝ regem, Camænarꝝ lucũ condidisse, quẽ mediũ ex opaco specu, fons perhẽni rigabat aqua, q̃ quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad cõgressum deę inferebat, camænis eum lucũ sacrauit, quod dearũ sibi cõcilia cum cõiuge Aegeria essent, & soli fidei solẽne instituit. Quin vt Halicarnaseus Dionysius in secũdo historiarꝝ testatur, Aegeria ipa, Musa ab aliq̃bus existimata ẽ. Metapõtini etiam vicũ Pythagoræ musarꝝ nuncupabãt teste Laertio. Lycurgus quoq; vt refert Plutarchꝰ, bellicæ exercitatiõi studiũ Musicæ admiscuit, quo bellãdi vehementia modulatiõe tẽpata, cõsonantiã, cõuenientiãq; haberet. Itaq; rex anteq̃ pugnas iniret, musis (vt Capella etiãnum scribit) litabat, quo & orõne p̃claraq; memoria digna facinora pugnãtes redderet. Scribit Vitruuius in. vij. architecturæ, Ptolemęũ Philadelphũ postq̃ cõ

Maneros

Musarꝝ lucꝰ Rhomæ.

Aegeria musa existimata.

Musis sacrificabãt Lacedẽmones ãn pugnam.

Musarũ ludi.

stituisset nobilissimã illã bibliothecã, ludos musis & Apollini dicasse, & in ijs victorias & p̃mia cõstituisse. Pythagorã ait Cicero, bouẽ Musis ĩmolasse, cũ in Geometria qddã reperisset. Illud etiamnũ addo quod Herodo. (quẽ Liuio Quintilianus cõparat) libros suos a musarũ noĩbus p̃noĩauit. Notat etiã. A. Gellius in vltimo, quosdam libros suos Musas ĩscripsisse, vt fuit Aurelius Opilius, de quo idẽ. A. Gellius in pri. meminit. Bion quoq; rhetor nouẽ libros cõposuit, Musarꝫ noĩbus inscriptos. Martiũ preterea Philippũ apud Tranquillũ in Augusto legimus, & Ouidiũ in vlt. Fasto. Herculis musarꝫ ędem cõstruxisse. Nam cũ Hercule musæ colebãtur μουσαγέτην. q; ideo adpellatũ Herculẽ, seorsum ab Appolline inuenimus de qua re talẽ historiã in panegyrico de instaurandis scholis, incerti auctoris his verbis legimus. Aedẽ Herculis musarꝫ in circo flãminio Fuluius ille nobilior ex pecunia censoria fœcit, nõ id modo sequutus, quod ip̃e literis & summa poetæ amicitia duceret, sed in Græcia cum esset imp̃ator, adcœp̃at Herculẽ musagetẽ esse hoc est comitẽ, ducemq; musarꝫ. Idemq; primus nouẽ signa. i. oĩm cãmęnarꝫ, q̃ ex Ambratiensi oppido trãslata sunt, sub tutela fortissimi numinis cõsecrauit, vt res est qa multis opibus & p̃mijs iuuari, ornariq; deberẽt, Musarꝫ qes defensiõe Herculis & virtus Herculis voce musarꝫ. Illud quoq; nõ omiserim fontẽ fuisse Rhomæ, qui musarꝫ adpellabat̃, cuius regi testẽ habeo Plutarchũ in libro de fortuna Rhomanorꝫ, q ait, ꝓpe illũ fuisse templũ virginis Fortunæ (vt puto) qm̃ poetę sit fortuna opportuna, & ea q̃ virgo est. i. pura & mũda. A q̃ fonte nõ lõge fuit tẽplũ illud musarꝫ, ad q̃d poetę Latini sua carmina deferebãt, recitabãtq;, sicuti poetæ Græci in Athenęo & Odeo cõsueuerãt, vt tradit Porphyrion. Est autẽ

Pytagoras musis bouẽ immolauit.

Aurelius. Opilius. Bion.

Hercules Musagetes.

Fuluius nobilior.

Fons musarũ Rhomæ.

poetis fortuna oportuna.

Athenęũ.

Odeum locus apud Suidã a Pericle constitutus, in quo musica edebantur certamina. Loca etiamnũ vbi studemus & de studijs agimus, τὰ μουσεῖα adpellantur a musis. Quod apud Stephanum legimus μούσειον locum etiam esse apud Olympum in Macedonia, ex auctoritate Polybij. Philostratus vero μούσειον in vita Thyanei, vocat, vbi colerentur musæ, & responsa redderẽt quod & Iulius Pollux adfirmat, apud quem etiam in primo μούσόληπτος, hoc est musarum numine adflatus legitur. Sed nec istud omiserim Symposij legem ẽe, vt a Gratijs pocula inceptemus, & in musas desinant. Quare Apollonij commentatores adserunt musas conuiuiorum & festiuitatum presides esse. Vnde etiam coronis & sertis & pancarpijs Lemniscatis vtuntur, quibus postea poetæ coronantur.

Musea.

Musæ cõuiuiorũ presides.

Hæc ego fortasse pluribus quam oportuit, & nimis temere de musarum fabulis scripsi. Non ideo tamen quispiam vitio vertat quod Christi religioni addictus, isthec cõlegi. Absit, vt quidpiam contra religionẽ audeam emutire, sed illis conlegendi laborẽ ademi, quibus est fœcũdius ingenium ad gentilium errores explodendos.

τέλος.

σι ✝ θῷ

μόν

Doctissimus princeps Ioãnes Frãciscus Picus Mirã dulæ dominus &c. in suorum interpretamentis hymnorum, huius Syntagmatis meminit, vbi de Musis ita scribit.

Musæ nomẽ Plato a μωσθαι, quod est ingrere, tractũ putauit. Euseb. a μυεω, q̃d honesta initiari doctrina põt innuere. Nouẽ aũt eas fuisse Iouis & Memoriæ filias in Theogonia, fabulat̃ Hesiodus. Diod. Siculus historiographꝰ puellas nouẽ numero asserit, quæ Osiridẽ sequerent̃ Musas appellatas, cantãtes & ducẽtes choreas. Alchmęon, & Eusebius, & Musæus de illis diuersa, quoꝝ hic duo gña cõmentus est. De nũero etiã non leue inter gentes dissidiũ. Nanq; plurimi nouẽ. Varro, Pausanias, Censorinus, tres tantũ existimarũt, varijs omnes coniecturis moti. Cic. in lib. de natura deoꝝ quattuor asseuerat, quę & Pierides & Pierites a poetis appellentur. Sed nec minor de noĩe discordia. Pierias eñ a monte Piero, vel ab hoĩe. Sed & Camęnæ a canẽdo. Heliconiades ab Helicone Bœotię mõte. Parnasides a mõte Phocidis regionis. A mõtibus Aonijs Aonides, qm̃ et Bęotia regio Aonia nuncupata. Cithęriades a Cithęrone Thebis propinquo. Pegasides a fonte, quẽ finxere vngula scalpurientis equi natũ, vnde & Græco vocabulo ἱπποκρηνη. Libethrides a Magnesiæ fonte. Pimpleades a loco Macedoniæ. Ilissiades a fluuio Athenaꝝ. Thespiades a Thespijs, non a nutrice vt falso confingitur. Ligyætob tanorum genus, Castalides a fonte. Corycides a colle vel antro apd̃ Delphos. Mnemosynides a memoria. Pateides a fonte Macedonię. Olympiades a monte. Ardalides ab Ardalo Vulcani. Quæ omnia sparsim apud Varronem Herodotum, Terentianum, Plutarchum in Symposio

ſapiētum, Pompeium, Pauſaniam, Solinum, Platonem in Phedro & Cratylo, Seruiū, Macrobium, Sidonium, Placiadem, alios. Sed & Lilius Gręgorius noſter de muſis Syntagma compoſuit. Hæc Pycus.

P. Vergilius Maro de Muſarum inuentis.

Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mœſta boatu.
Comica laſciuo gaudet ſermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget.
Terpſichore affectus cytharis mouet, impat, auget.
Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, vultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vrania poli motus ſcrutatur & aſtra.
Signat cuncta manu loquiturq; Polymnia geſtu.
Mētis Apollineæ vis has mouet vndiq; muſas.
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

τέλοσ.

Faustus quoq; Foroliuiensis dum sibi alta
quies repsisset per artus, dicit se vidisse
somnia, quæ foribus misit cornea
porta suis musarum officia
hunc in modum
exprimens.

Nanq; meas varijs mulcebat cantibus aures
Cœlestes referens musa nouena sonos.
Has medius nitida lustrabat lampade Phœbus
Rectus & ex illo principe cœtus erat.
Priscaq; conuoluens & gesta recentia Clio
Rettulit in fastis tempora scripta suis.
Euterpe calamos inflabat læta sonoros
Terpsicore cantus associante pares.
Et quæ vincta manet tenui comœdia socco
Prolata est verbis blanda Thalia tuis
Stabat Melpomene rubeis induta cothurnis
Et tragicum mœsta voce canebat opus.
Nec minus o Erato terram dimensa profundam
Monstrabas spacio quanta sit illa suo.
Ipsaq; rhetoricis facunda Polymnia neruis
Miscuit actei dulcia mella faui.
Quinetiam assidua rapti vertigine cœli
Vrania citum docta notabat iter
Heroum ingenti carmen reboabat hiatu
Excellens reliquas Calliopea deas.
At tu Phœbe potens Cyllenia pectine dona
Tangebas longis conspiciendæ comis.

TELOS.

Corollarium siue παρέργον.

Queri solet a rerũ studiosis, quãobrẽ virtutes, discipli nas, ipasq; musas disciplinarũ psides inuẽtricesq;, atq; id genus alia, fœmineo magis sexu, mulierũq; aut virginũ noĩbus, aptisq; puellarũ imaginib9 ingeniose ad hoc ex- cogitatis potius q̃ virili nuncupatiõe & mariũ sim̃lachris explicare dignent̃ auctores, nõ solũ Ethnici, sed Christi ani q̃q;, siue ij sint Theologi, siue cuiusuis alterius gñis, qcunq; suarũ cogitationũ aliqd lr̃arũ monimẽtis mãdan tes ṽtutũ disciplinarũve, aut musarũ quoq̃ pacto memi- nere. Quis em̃ nescit sacrarũ literarũ testimonio, Sophiã hoc est sapientiã ab initio & añ sœcula eẽ genitã, quę nõ refragãtibus Theologis fidei, spei, & charitat; triũ theo logicarũ virtutũ mater fuisse phibet̃. Et hæc quidẽ meta phora, cũ multis sim̃ibus, tm̃ abest, vt a sacris abhorreant lr̃is, vt eis ipis vix aliqd decretis Theologorũ magis cõ- sentire videat̃. Quid qd̃ septẽ liberales disciplinę, passim muliebrib9 imagib9 explicant̃? Nouẽ pterea musas, Io uis filias Ethnicorũ testant̃ scripta. Itaq; qrũt curiosi pa- riter ac studiosi, q fiat vt sapiẽtia dei filia magis q̃ filius (cõsentiẽte sapiẽtię libro) sicut etiã Pallas siue Minerua nõ Iouis fili9 sed filia, ex ipius cerebro nata eẽ tradat̃. Itẽ cur diligẽtes rerũ ĩdagatores, nobis figurẽt ingenuas di sciplinas, mulieres nõ viros. Qua deniq; rõne Musas po- ti9 puellas q̃ pueros mascl̃a virilitate pollẽtes effingãt? Quib9 a Lilio Grægorio i Syntagmate paucissimis qdẽ ṽbis, ex sñia Cornuti (quẽ aliq Pharnutũ adpellitãt) rñ- det̃, ad hũc fere modũ. q; ad huiusmõi fęmiarũ symbolũ multa cõgignat̃ scia, & ,pter fructũ, q fit ex aĩę iudicio. Pręterea qd̃ puellis mos sit in chorũ ludos ager̃, quę res optĩe cõcordet copulę & mõ sciarũ, q̃ a Martiano Capel la Cyclicæ adpellant̃. Vñ & Encycliũ cõstituit Victruui

us, & notissima est græcorum Encyclopedia Plinio, Plutarcho, ac ceteris. Vbi ex Beroaldi in asinū aureū cōmentarijs, etiā illud addēdū notabile, ad fęmineū sexū cōmendādū maxīe ptinēs, ipm q̄q; terrarum orbē a noībus fęminarum nūcupari. Nāq; Asia dicta ē a nympha, ex q̄ et Iapeto orit Prometheus. Europa ab Europa Agenoris filia. Libya q̄ est Africa, a Libya Epaphi filia. Q2 si talia (vt inquit Beroaldus) scirēt mulieres nr̄i tpis, q̄ insolēter gl'iarent: q̄ sese iactāticulæ extollerēt: q̄ sibijpis placerēt, & q̄tidiano iurgio vir9 opprobrarēt: q̄ muliebre genus foret lōge q̄ virile pstantius, q̄ fœmię nom orbi terrarum indidissent, q̄ v'tutes, q̄ disciplinæ, q̄ ipe deniq; Musę fœmiarum imagībus et noībus mł'iebribus explicarent. Proinde monēdi veniūt viri, vt hęc quacūq; tādē cā fiāt, veluti mysteria habeāt in sāctuarijs, nec pdāt in cętu fęiarum ne ille ex isolētibus fiāt insolētiores. Verum de his iā satis

Ne delphinū syluis appingēs & fluctib9 aprū, dicar esse
Nō missura cutē nisi plena cruoris hirudo. Itaq; rōnem habentes alieni fastidij, ne voluptatem, odij molestia cōsequuta contaminet, a lusu desistamus, cum adhuc est iucundus, hunc in modum receptui canentes.

Finis libelli de Musis cōpositi a Lilio Gręgorio Ziraldo Ferrariēsi, quē Matthias Schürerius summa cū diligētia impressit, nō omissis accētibus in eis q̄ Gręca sunt. Argentorat. Ann. sal. M. D. XII. Mēse Iuli.

REGNANTE IMP. CAES. MAXIMILIANO PIO FOELICI AVG.

Schmidt, Schürer n°77